

mur, quod omnes imagines veri Dei, omniaq; idola sit aboliturus, seipsum autem in templo Jerosolymitano à se edificato collocaturus, sacrificiis, auro, argento & margaritis coli se & propitiari iussurus, & si quæ alia nugamenta passivitus inveniuntur. Ea pridem ab aliis, potissimum à D.D. Martini, B. Gerbardo, non è Calvinianis Matthæo Sullivio, Povello, sunt occupata. tim etiam ex paraphrasi nostra & antedictis *ἄποκρίσι* confutari possunt. Solemne etenim est modernis Scholasticis, ut cum neg; Ebraea neg; Græca intelligant : testimonia tamen Scripturarum ad suas hypotheses restringi postulent. uti de sociennis suis conqueritur Alfonso Mendoza. Franciscum Junium ad Antiochum, omnia torquentem solide confutarunt C. Graferus & Brigmannus. quitamen non minus contortè ad Imperium Romanum præcis sumtum illa retulit. Hinc contemptio Deorum ipsi est nova Imperatorum constitutio, iis Magistratibus in ordinem redactis, peæes quos voluerant prisca Patres summam esse potestatem. consulis nempe, tribunis, spretis etiam omnibus ubicunq; gentium Magistratibus. Desiderium mulierum activè acceptum pro eo, quod desiderant mulieres, ipsi est successio liberorum naturalis in Imperio, de qua Romani patum solliciti erant. Denique Deus summi roboris in sede sua cultus fuisse illi creditur, cum Pompejus captâ urbe templum ingrederetur, & tamen sacra sacra manerent intacta que. etiam postquam Judæa in provinciæ formam redacta fuerat, & præsides urbem gubernarent, Judæi tamen religionis suæ libertate fruerentur. eundem auro, argento & lapide pretioso cultum esse fingit, quando imperante Augusto templum Hierosolymitanum constructum fuit, & hoc munitionibus fortitudinum cum deo alieno, h. e. impensis & industria inferioris cujusdam Magistratus, Herodis, hominis alienigenæ. quæ operosâ confutatione non indigere cordati vident, ita ut ea recensuisse sit confutasse.

form. e. 8. § 3
Tā. Th. Sch.
T. 3. d. 1. §. 4
dub. 5. n. 196
Syat. de Antichrist. c. 5.
P. 49. & 77.
Colleg. IV.
super Aug.
Conf d. XL
& XIX.
Sut. l. 5 de P.
R. c. 33. M.
quæst. scho-
last. q. 1.

§. 33. Atque hætenus de Dominio Antichristi Magni Ecclesiastici. sequitur fatum ejus ac fortuna: v. XL. וְבֵעֵת קֵץ וְיָבֵא מֶלֶךְ אֶרֶץ כְּנָעַן
Et circa finem temporis præstituti, labascente jam Imperio Romano : יִתְנַחֵם עִמּוֹ מֶלֶךְ הַנְּגֵב arietabit cum illo Rex Austri. Ita B. Lutherus. Belgæ, Amama, Deodatus, de Valera, Galli & Angli. Theo.